Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

isto ut velis imitari eum / non te terreat impij felicitas /
quia breuis est / noli etiam imitari hominem facientem
iniustitias / persequentem iustos / libere et impune / licet videat
prosperari in malitia sua
Sed tu O esime ab ira ne irascaris de floribus malorum
quia inde irasci et indignari est contra dominum murmu-
rare et prope plasfemare et derelinque indignationem
noli indignari de prosperitate malorum ut conformes te
eis mala faciendo
Quoniam qui mali sunt et si modo floreant preui
entur tamen in futuro extra terminos terre viuentium
sustinentes aut .s. qui aduersa ferunt et pricia despiciunt
propter dominum / qui non fallit et omnia potest / ipsi hereditabunt
terram viuentium
Sustinentiam aut istas non longissimam putes quoniam
Et adhuc pusillum .i. parum tempus restat / non
ergo tedeat te / et non erit impius pro quo gemis / sub-
tractus de medio et queres felicitatem eius et non in-
uenies / quia euanuit
Mansueti aut qui patientes expectant in plantum
domini / qui cor suum in puritate possident hereditabunt
terram viuentium et delectabunt in multitudine pacis
que est perfecta / ubi nulla ira hominum / nulla in seditio / nulla
discordia sed requies opulenta
Tunc in futura vita erit iustis pax sed nunc bellum quoniam
Peccator dolens de bono uirtutis iusti obseruat or
cultus insidijs si aliquid possit habere contra eum / sicut
capta opportunitate eum allicit ad consimilem vitam et si
non potest allicere motus ad iram stridet super eum dentibus
malitie ut furens belua et quem non potest subuertere conatur
occidere
Peccator aut sic faciet sed O dominus faciet et ridet
eum irrisibilem et dignum obprobrio iudicabit quia ab
intento fraudabit eum quoniam prospicit qui veniet